



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Quo[d] samson interfecit leone[m]. ca. xvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

decem. Hic cum decem annis suis in. lxx. inter-
pretibus non habet. Pro quorum damno supplē
do eusebius iosepho filio nun samuelli et sauli.
quorum annos scriptura sacra non dicit plures an-
nos quam in iosepho legebat annotavit. quate-
nus ab egressu israel ex egypto usque ad edifica-
tionem templi. cccc. et lxx. annorum summam
quam scriptura predicat haberet.

Incidentia.

Ex tpe alexander belena rapuit bellum
decennale surrexit. Vennon et amazones
priamo tulere subsidium.

De abdon.

Caplm. xv.

De abdon abdo

P thecutites de effraim iudicavit israel
viii. annis. Sub his tribus iudicibus
non recessit israel a domino. et quiete terra. Et
ideo nil memoriale fecisse legunt. Tamen quidam
tradunt sub abdon cladem factam in betha-
min pro uxore leuite.

Incidentia.

Huius anno tertio capta est troia et fluxe-
runt usque ad primam olympiadem anni. cccc. vij.
Tunc greci ad gloriam victoriae sue cepit an-
notare tempora sua sic. Anno a captivitate
troiae Incepta olympiade deinceps annota-
verunt tempora iuxta numerum olympiadum. Tan-
dem romani florentes

annotaverunt tempo-
ra sic Anno ab urbe
condita Ultimo chri-
stiani annotant sic.
Anno ab incarnatione
domini Capta troia me-
nela et helena dene-
nerunt ad thozim re-
gem egypti quem ho-
merus polibum vo-
cat Anno tertio a ca-
ptivitate troiae vel quoniam
to ut quidam voluit re-
gnavit eneas tribus
annis in italia in qua
prius regnaverat.
ianus. saturnus. plu-
cus. faunus. latinus. annis circiter. c. l.

Nota quod olympias di-
cta est a ludis qui sub
olympo monte fiebat
apud elidem civitate
tem elidis agibus
agonem et quinquen-
tuor annis medijs va-
cantibus. et ob hoc ellis
dis certaminis ipse
olympiade vocaverunt
quadriennio in vno
olympiade putato.
Est autem olympias
spacium quattuor an-
norum.

De samone.

Caplm. xvi.

Ursus filii isra-

r el peccaverunt coram domino. et tradidit

eos in manus philistinorum quadraginta annis a
qua fuit ante hunc modo liberati sunt. Fuit vir quidam
dam de stirpe dan. nomine manue. huius uxore
pulchra et sterile. Cui sepe orant in agro pro steri-
litate amoneda: apparuit ei angelus et ait. Co-
cipies et paries filium: caue ne comedas aut bi-
bas deinceps nisi iux-

pra legem nazareorum
Filius enim tuus erit
nazareus dei ex utero
mris et deinceps ipse
liberabit israel. Alia
littera. Et dicit sam-
son robustus libera-
tor israel. Que cum
oia indicasset viro suo
et comédasset angelus
pulchritudinem. contri-
stus est vir. quia zelo
tes erat. et ut mitiga-
ret irrationabilem viri
tristitiam. consulit ut
ambo orarent dominum ut iter veniret angelus
ad eos: et instrueret viros de puero. Et ap-
paruit iterum angelus viros. Que cum vocatis
set vir: ait manue ad eum. Tu ne es qui lo-
cutus es de puero. Cui angelus. Sum. Cui
manue. Quid vis ut faciat puer. Et ait an-
gelus. Nazareus erit omni tempore vite sue.
Attulitque manue hedum et panes. Cui ange-
lus. Non comedam. Si vis offerre offer il-
la domino. Et ait manue. Quod est nomen tuum.
Cui angelus. Cur queris nomen meum quod
est mirabile. et obtulit manue que tulerat iux-
ta petram domino: qui facit mirabilia. Et acced-
dit angelus in flamma ignis: nec ultra appa-
ruit. Et intelligens manue esse angelum dei
ait. Doremur: quia vidimus dominum. Cui
mulier. Nequaquam. Nam accepit dominus ho-
locustum a nobis: et indicavit quod futura sunt.
Natumque filium vocaverunt samson: quod
sonat robustum. Eruitque cito puer: adeo ut
iam propheta futurus agnosceretur. cepit
que spiritus domini cum eo esse in castris dan.
id est. in exercitu tribus sue. Et locus est in
quo prius habitavit samson. et est dicitur ca-
stra dan pro anticipatores. Non dum enim tribus
dan priam habebat sortem.

Quomodo samson inter fecit
leonem.

Capitulum. xvii.

Ascendit igitur

D Samson in thamnata philisteorum
 ut videret solentate que ibi age
 bat. Et vltam ibi virginem percipuit, atque
 patri et matri. Accipite mihi quod vxorem thana
 tea, quod coplacuit oculis meis, Qui dixerunt.
 Cur negligis filias fratrum tuorum, et trahis ad
 filias in circuncisionem. Nesciotes quod res fieret a
 domino. Cumque descenderent cum eo apparuit ei ca
 nulus leonis in vineis oppidi, et irruit in eum
 samson in spiritu domini, nil habens in manu
 et dilaceravit eum frustatim, quasi hedum capra
 rum, et hoc parentibus non indicauit. Desponsa
 taque sibi vxore, cum per aliquot dies rediret ut
 acciperet eam, declinauit ut videret cadaver le
 onis. Et ecce apes erant in ore leonis, et fau
 mellis que sumptum comedit in via, deditque
 partem patri et matri et comederunt, partem que
 sponse tradidit. Cumque thana tea ciues essent in
 epul nuptiarum, timentes robur iuuenis deder
 unt ei, xxx. iuuenes robustos, sermone quasi soci
 os, ope vero custodes, nequid forte vellet com
 mittere crescere cuiusque satietate. Quibus ait
 samson. Propono vobis pblema, quod si solu
 neritis mihi infra septimam dies cuiusque dabo
 vobis, xxx. syndones et totidem tunicas, alioquin
 vos dabitur mihi totidem. Qui dixerunt. Pro
 pone. Ait quoque samson. De comedere exi
 uit cibo et de forti egressa est dulcedo Ioseph
 alia ponit verba Qui cuncta deuorat cibum de
 se genuit suauem, licet spe sit insuauis Nec po
 tuerunt per tres dies propositum soluere. Cumque ad
 esset dies septimus dixerunt sponse. Bladire vi
 ro tuo, ut indicet tibi pblema et indica nob
 alioquin incedem te et domum patris tui. Que
 sollicitas virum flecto dicebat. Disti me, et lo
 non exponis mihi. Septem igit diebus cuiusque fle
 bat apud eum. Sed quo septem diebus flebat cum
 supra dictum sit septimo die cuiusque venisse ad
 eam iuuenes, potest dici. Cumque adesset dies septi
 mus, id est cum adhuc esset dies inter septem
 mus. Quod ideo determinatum est, ne putaretur
 post tres dies venisse, de quibus dictum erat quod
 non poterat soluere propositum per illos tres
 dies. Potest etiam aliter dici. Cumque adesset die
 es septimus, id est, appropinquaret sed nondum
 esset, ut dictum sit adesset quasi iuxta esset, et ita
 post tres dies inquisitionis eorum quarta die
 venerunt ad eam et locuta est viro suo. Quod autem
 dictum septem diebus fleuisse hoc est in illis septem

non per illos. Quidam tamen corrigunt ita
 Cumque adesset dies vii. Quod vicio scripto
 ris reor factum, qui videns septem abbreviatum
 estimauit legi vnum Tandem die septima cum ei
 molesta esset exposuit, que statim indicauit ci
 uibus suis. Et illi die septimo ante solis occo
 casum dixerunt samsoni Quid dulcius mel
 le, quid forti leone. Qui ait. Quid dolosi
 muliere. Si non arasseris in vitula mea, non
 inuenissent propositum meam. Et irruit spu
 ritus domini in eum: et descendit a scalonem, et ibi percussit
 triginta viros quorum allatas vestes dedit
 pronubis suis. Et iratus samson rediit in do
 mum patris sui. Uxor autem eius nupsit vni de
 pronubis suis. Cumque dies triticee messis in
 starent venit samson visere vxorem suam fe
 rens hedum. Cumque cubiculum eius vellere in
 trare prohibuit pater dicens. Putaui quod odi
 ses eam, et tradidi eam amico tuo. Sororem
 habet que pulchrior est ea, sit tibi pro ea vxor.
 Cui samson. Ab hac die non est culpa in
 me contra philisteos. Faciam enim vobis ma
 la. Et cepit, ccc. vulpes et iuravit caudas cau
 dis, et faces ligauit in medio, quas igne suc
 cendens dimisit eas discurrere et incederunt
 segetes philisteorum tantum ut vineas quos
 que et oliueta ignis consumeret. Palestini sci
 entes opus esse samsonis, vxorem eius et pa
 rentes combusserunt tanquam mali huius au
 ctiores. Et ait samson. Adhuc expectam vlti
 onem et quietem. Et percussit eos plaga gra
 uis, ita ut stupentes suras femorum imponeret
 igitur, interpretes dicunt ita. Percussit alienis
 genas samson, tibi am super femur, quod ad
 priores sensum reducitur, id est, ammirabilis
 liter, ut stupentes tibi am vnius pedis sup
 femur alterius ponerent. Tamen quia tibi am
 incedimus, et super femur sedemus, quidam
 exponunt sic. Percussit tibi am super femur
 id est, pedes propter sedentes in equo. Et ha
 bitabat samson in spelunca petre etban, quas
 si in loco munito.

Quomodo interfecit multos cum
 mandibula asini.

Cap. lvi. xviii.

In ascendentes

tes philistei in terram iuda castra
 metati sunt in loco que postea dicitur
 est lebi, id est, maxilla. Et dixerunt ad eos vi
 ri iuda. Serui vestri sumus cur ascendistis